MONSTRVM
ARBITRARII
IVRIS TERRITORIALIS
A LEGIBVS IMPERII
E GERMANIA
P R O F L I G A T V M

A.

GOTTL. SAM. TREVERO, D.

REGIS MAGN. BRITANNIAE A CONSIL. AVLIC.
IVR. PVBL. POLIT. ET MORAL. IN ACAD.
GEORG. AVG. PROF. P. ORD.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

FRANCOFVRTI ET LIPSIAE
APVD ERNEST. CHRISTIAN. SCHROETERVM
A. O. R. M DCC XXXIX.

304

Digitized by Google

Digitized by Google

SVMMARIVM.

§. I. Queritur de adulatione ſeruili, qua imperantibus abſolutum ſuadetur imperium. §. II. id in Germania fieri commonſtrat. §. III. exponit, quid ſit ius territoriale arbitrarium, §. IV. legibus imperii aduerſum eſſe. §. V. eas limites ponere circa ſacra, in directione religionis, quam princeps ſequitur, §. VI. in iure reformandi alienam in territorio religionem, dum §. VII. ciues ad ſuam religionem cogere, ſtatum religionis eiusque annexa mutare, §. VIII. ſimultaneum obtrudere prohibent. §. IX. & X. docet, tolerantiæ ſuos eſſe limites reſpectu religionis canoniſatæ. §. XI. præter eam alias religiones poſſe tolerari. §. XII. explicantur reliqui fines ſuperioritatis religionis circa religionem. §. XIII. XIV. fines circa profana explicantur, & §. XV. inde reiicitur opinio, exercitium regalium principum non ſubeſſe iurisdictioni cæſaris & imperii. §. XVI. illud porro circumſcribi oſtenditur pactis dominorum cum ſuis ciuibus. §. XVII. leges imperii velle, vt ſeruentur in ſacris, §. XVIII. in profanis. §. XIX. inde patere ius arbitrarium territoriale a legibus imperii profligatum, & §. XX. monſtroſum eſſe.

§. I.

TOTVS fere orbis terrarum factus eſt Hobbeſianus: adeo imperium, non dicam deſpoticum, ſaltem abſolutum & arbitrarium vbiuis loci defendi, commenda-

Digitized by Google

ri, exerceri ſolet. Non de officiis iuſtitiae, aequitatis, clementiae ſummorum imperantium explicantur ſcripta, ſed de ſummo dumtaxat iure eorum omnia perſonant: de iure ciuium ſubditorum altum vbiuis ſilentium, ac ſi in numero ſeruorum hominumque propriorum habendi eſſent. Aures animosque principum obſident his blanditiis paraſitaſtri & adulatores iniquiſſimi, vt poſthabita omni regiminis norma etiam a DEO lege naturali ſuis limitibus circumſcripta, neglectis pactis cum ciuibus initis & fundamenti loco poſitis, ſemoto ſocietatis ciuilis fine, ſolam meminerint abſolutam poteſtatem a DEO proxime profectam & pendentem, a cuius exercitio ad augenda principis lucra; commoda, auctoritatem ne transuerſum vnguem diſcedere par ſit. His potentiae arbitrariae illecebris adeo ſaepe occupantur animi imperantium, vt quemadmodum in aula romana protectores nationum conſtituti ſunt, ita quoque opus ſit in aulis nonnullorum imperantium munus PROTECTORIS CIVIVM admittere, qui ſaltem aurem vellicet publicis rerum adminiſtris, quam temere conculcetur libertas ciuium pactis firmata. Peccatur ea adulatione in virtutem

prin-

Digitized by Google

principum, quaſi tantum ſummi iuris ſtudio abſoluatur, nullus publicae fidei & ſuum cuique tribuendi deſiderio, nullus gratiae, amori ciuium, aequitati locus relictus ſit nec concedi debeat. Apprime huc facit SECKENDORFF *addition. des Fürſten-Staats §. 6. Die Unart der eigenwilligen Herrſchafft hat allem Anſehen nach und ſo viel man aus Hiſtorien begreiffen und vermuthen kan, der alten Freyheit zuwider etliche Saecula her mehr und mehr an vielen Orten auch in unſrem Vaterlande zugenommen, allwo doch vordeſſen mehr Freyheit geweſen, ia wo die Freyheit ihren alten Sitz gehabt und von den Poëten daher genennet wird* Germanum Scythicumque bonum. *Die Urſachen kommen vielleicht næchſt der gœttlichen Straffe, welche erſtlich über die Unterthanen und dann auch am Ende über die Regenten ſelbſt dadurch ergehet, aus mancherley offt geringen Umſtænden her. Den erſten Hub und Befœrderung thun ohne Zweiffel Anfangs dabey eigennützige Hœflinge, welche gewohnet ſind, von Jugend auf den Regenten zu ſchmeicheln und ihnen ihren hohen Stand und Vorzug dermaſſen bey aller Gelegenheit vorzuſtellen und mit erſpahrter Wahrheit zu ergrœſſern, auch alles, was wohl gedeyet, dem Herren allein zuzuſchreiben, daß kein Wunder iſt, wenn ſie darüber nach und nach des eitlen Dunſtes*

306

Digitized by Google

voll werden, und alſo ehrlicher Leute Sprache, die zwar, wie billig, mit allem Reſpeckt, doch gründlich und eigentlich die wahre Bewandniß vorſtellen, gleichſam nicht verſtehen, ſondern dieſelbe für ungeſtüme, harte, hochmüthige Kœpffe achten, die man nicht viel müſſe wiſſen laſſen, weil ſie das Spiel verderben oder nur difficultæten machen. O feliciſſima ciuitas, vbi Pater patriae ad gubernacula ſedet, qui voluptatem ſummam capit ex ciuium contentis animis, amore & tranquillitate, qui iurium ciuis ſubditi explicationem tam prono accipit animo ac ſuorum. Ille certe pro arbitrio imperat, quia nihil cupit, quod felicitati ciuium aduerſetur, nihil iniungit, in quo ciues ex amore non cupidiſſime obſequantur. Liberrime imperat ſuis, quamuis normam imperandi ſequatur, in qua liberrime conſenſit: non dedignatur fines regiminis, quos ipſe voluit, quia ſaluti populi ſui conueniunt: indignumque iudicat ſua virtute, pactis non ſtare & bonae fidei gloriam immortalem amittere.

§. II.

Tranſiit illud cacoëthes in acta publica, poſtquam contagio prauarum opinionum animos ſcriptorum hinc inde infecit, qui iura ſuo-

Digitized by Google

ſuorum principum ad eius normam examinant & exponunt. Miniſtris, qui DVCIS Meclemburgici a conſiliis & ab epiſtolis fuerunt, non ſemel portentum iuris arbitrarii, cui nullis pactis derogari poſſit, viſum fuit. In litteris d. 18. Aug. 1721. prouocant nomine ſui principis ad ius territoriale nullos limites admittens: *nachdemmal mir mein* liberum iuris territorialis exercitium *nach Maßgebung des I. P. W. eben wenig als den Benachbahrten und andern Reichs-Mitſtænden verhindert oder eingeſchrencket werden kan.* Eius iura dicuntur ibidem: *die den geſammten Stænden des H. Ræm. Reichs durch allgemeine unwandelbahre Grundgeſetze und theuerſt erworbenen Friedens-Schluſſe, ſammt Kæyſerl. beſchwornen, mithin unverbrüchlichen Wahl-Capitulationen, heiligſt verſicherte und beſtætigte, keinerley* praeſcription, interuerſion *und* turbation, *aus einigem praetext von priuilegiis oder ander Bewandniß unterwürffige Regalia oder Hoheits-Rechte.* Luculentius hypotheſin exponunt litteris d. 20. Sept. 1721. ad imperatorem datis: *Ich aber ſuſtinire und vertrete mein aus uhralter grauer Antiquitæt herſtammendes mir angebohrnes und durch die Fundamental-Reichsgeſetze, Friedensſchlüſſe, auch Ew. Kæyſerl. Maieſtæt ſelbſt eigene Wahl-Capitulation*

tion unwandelbahr beſeſtigtes Fürſten-Recht; wie iſt es denn mœglich, daß ich bey ſolchen für mir habenden und mit ienem in gar keine Vergleichung kommenden hohen Vorrechten dennoch enthæret und hülfloß bleiben kœnnte? Alle priuilegia und iura gratioſa, *ſo Landſaſſen und Unterthanen von ihren Landes-Herren erlangen, haben ihrer Natur und Eigenſchafft nach dieſe eſſentielle Einſchrenckung, daß dadurch dem Landes-Herren an ſr. Territorial-Superioritæt und Regierungs-Hoheit nichts abgehen müſſe, und iſt, daß jemahlen einige Landes-Herrſchafft weiter gehen, und dero hohe Regalia denen Unterthanen mittheilen,* eo ipſo *ſelbige* ad coëxercitium ſuperioritatis & regiminis *verſtatten wollen, ſo wenig auf einige Weiſe zu vermuthen, als wenn es auch durch die ſeltenſte Zufælligkeit* de facto *geſchehen wære, den Nachfolgern in der Regierung daraus der geringſte Nachtheil entſtehen mag: Nachdemmahlen die regalia der Territorial-Superioritæt und Landes-Obrigkeitliche Gewalt unabſonderlich ankleben und ein Reichs-Fürſt, als* dominus territorii *keinesweges ſeine Hoheits-Rechte nach eben der Maſſe, wie etwann ein oder anderer die Regierung geführet, zu reguliren verbunden, ſondern den Gebrauch und Betrieb ſothaner regalium dergeſtalt wieder her zu faſſen allerdings berechtiget iſt, wie die*

Reichs-

Reichs-Grundgeſetze, als deren Genuß er ex facto tertii *nicht verluſtig werden kœnnen, ihm ſolches verſtatten, und er ſeine angebohrne Hoheits-Rechte nicht denen* intermediis, *welche dieſelbe nicht gebührlich wahrgenommen, ſondern dem erſten acquirenten und Anſtammer zu dancken hat, dahero auch keine* Praeſcription *wegen Unmœglichkeit derer dazu gehœrigen Rechts-bekandten* requiſitorum *und in applicabilitæt alles deſſen, was eine* praeſcription inter priuatos ſuper priuatis cauſaliter & finaliter *ſonſt legitimiret, hierin ſtatt findet, widrigen Falls, um den Ungrund durch die allerungereimteſte Folge euident zu machen, es in eines übel- und fahrlæſſig regierenden Landes-Fürſten Macht ſeyn würde, ſeine* Succeſſores, *ohne ieniges ihr Zuthun oder Verſchulden von denen Hoheits-Rechten herunter zu bringen, und die Unterthanen dazu zu erheben. Es iſt auch in dieſem Fall, daß wider die einem Landes-Fürſten Reichs-Conſtitutions-mæſſig zuſtændige regalia keine praetextus gelten kœnnen noch ſollen, ſo wohl in dem* I. P. O. art. 8. §. 1. *unumſtœßlich verſehen* &c. conf. Reſcript. d. 10. April. 1734. in *Staats-Kantzl. T. 65. p. 191.* vbi adſeritur, in litibus circa exercitium regalium caeſari nullam competere cognitionem. Quemadmodum hic de iuribus circa res pro-

308
Digitized by Google

ſanas ſermo eſt, ita quoque in rebus ſacris non deſunt, qui ius arbitrarium territoriale iniuriis ſuis in euangelicos praetexunt. Exemplo eſſe poteſt ſententia *des Baaden-Baadiſchen Ober-Amtsmanns zu Kirchberg in der Kirchenſache der Evangel. Gemeinde zu Martinſtein* d. 15. Iul. 1730. lata: *daß ſo viel aber berührtes Pfarrguth und die zur Kirche gewidmete Gefælle und Einkünffte belanget, ſolche weder den klagenden, noch beklagten Unterthanen zugehœrig ſeyn, ſondern gleichwie eine jeweilige Landes-Herrſchafft in Krafft des gebührenden Territorial-Rechts, jederzeit willkührlich und befindenden Dingen nach damit geordnet und diſponiret, alſo es in Hinkunfft nicht minder hiebey das Bewenden habe. Staats-Kantzl. T. 57. p. 13.* Qua de re patronus cauſſae Martenſteiniae non immerito queritur ibid. p. 10. *Es müſſen hiebey Recht und Billigkeit liebende in die æuſſerſte Verwunderung gerathen und erſchrecken, ſolcherley Erkenntniſſe in* imperio noſtro legibus armato *zu Geſichte zu bekommen, und mit Vorbeygehung des ſo heylig feſtgeſtellten* anni regulatiui *und aller andern pragmatiſchen gemein bündigen Reichsgeſetze, die* ſuperioritatem territorialem *zu einem ſolchen Schreck-Geiſt gemachet zu ſehen, daß man einem jeden, nach willkührlichem Einfall, ſeine theuer*

erwor-

erworbene und hergebrachte Freyheiten, Rechte, Religions-Ubung, Renthen und Gefælle ohne weiters Bedencken abſprechen und ſub indirecto nomine *confiſciren kan.*

§. III.

Sed videamus, quid ſua natura ſit *ius territoriale arbitrarium*, & num in Germania ei locus eſſe queat. Liberum ius territoriale ſiue ſuperioritas generatim notat complexum iurium ſummi imperii in ſacris & profanis, ſiue ſummam circa ea poteſtatem quae in territorio exercetur. Arbitrarium dicitur, quando nullis conditionibus vlla ratione circumſcriptum eſt, ita vt iura eius pro arbitrio ab imperante in territorio ſuo exerceri queant. Nemini in primo ſtatim limine imponat vox *liberum*, quae iuri territoriali in pactis publicis legibusque imperii frequentiſſime adiicitur, quaſi exinde appareat, ius territoriale omne eſſe arbitrarium. Liberum enim aliam plane rem denotat: facultatem ſcilicet iura ſummae poteſtatis ita exercendi, vt a nemine impediri debeat regulariter neque a caeſare & imperio neque a ciuibus ſubditis. Adſentientem habeo LYNCKERVM *de libertate ſtatuum imperii pag. 10. dicitur quidem etiam ſuperioritas territoria-*

309

Digitized by Google

lis libera, ſed vulgari ſenſu, quod nullatenus impediri debeat, indeque firmatur ſtatibus imperii in I. P. W. art. 8. iuris territorialis liberum, tam in eccleſiaſticis, quam in politicis exercitium. .... Ad iſta pertinet, quod caeſar cum ſtatibus in ipſorum iurisdictione non concurrat, quodque haec illo praeſente non quieſcat, nec auocare poſſit caeſar ſubditos a ſtatuum iudiciis: ſimiliter, quod in criminalibus a ſtatibus appellari nequeat &c. Arbitrarium vero denotat, nulla adeſſe pacta publica, nullas conditiones mutuo conſenſu approbatas, ſecundum quarum normam dominus territorii libere iura iſta exercet. Omne imperium arbitrarium ideo liberum eſt, ſed non omne liberum ſtatim eſt arbitrarium. Imperia ipſa, quae dicuntur *abſoluta*, & arbitraria carent quidem conditionibus humanis, toto regimine & exercitio iurium ſummi imperii a ciuibus imperantis arbitrio ſine vlla conditione relicto: habent tamen certos limites in legibus naturalibus & in fine totius ſocietatis ciuilis, ſecura nempe commodaque vita, ob quam ciues ſe ſummo imperio ſubiecerunt, id quod luculenter oſtendit GERH. NOODT *de iure ſummi imperii.* Sed de his limitibus iam non ſolliciti ſumus.

§. IV.

Digitized by Google

§. IV.

Potius cardo rei in eo verſatur, num per leges imperii Germanici ius territoriale dici queat arbitrarium, quod plane negandum eſſe luculentiſſimis argumentis conſtat. Primo enim leges imperii certos limites exercitio ſuperioritatis territorialis cum in ſacris tum in profanis ponunt. Continetur Syſtema imperii Germanici pactis, quae ſtatus imperii cum caeſare & inter ſe mutuo conſenſu iniuerunt. Horum obligatio vniuerſalis eſt & duplici titulo adſtringit ſtatus imperii ad obſeruanda ea, de quibus ipſis conuenit: partim ex indole pactitia, qua paciſcentes ad ſeruanda promiſſa tenentur: partim ex indole legis, cuius vim & auctoritatem reſpectu ſingulorum ſtatuum ſuſtinent; dum his pactis norma agendi ineſſe intelligitur a ſuperiore, nempe caeſare & imperio ciuibus praeſcripta. Cautum hac ratione eſt, ne vel caeſarum poteſtas vel ſtatuum libertas excellentiſſima in abuſum vergere queat: prouiſum eſt de adminiculis tuendae ſalutis & tranquillitatis publicae, de remediis malorum, quae corpus imperii facile adfligere poſſunt. Habes ergo hic certos limites, quibus & Caeſarum poteſtas & ſtatuum

310

Digitized by Google

arbitrium in exercendis ſummis iuribus circumſcribitur.

§. V.

Specialius limites legum imperii deſignandi ſunt in exercitio ſuperioritatis territorialis primo circa ſacra, deinde circa profana. In ſacris vel ſpectanda eſt directio eiusdem religionis, quam princeps ſequitur, vel ius reformandi alienam religionem in territorio receptam. In directione ſuae religionis diuerſimode iudicandum de euangelicorum iure & catholicorum. Illorum poteſtas circa ſacra ſuae religionis plane independens eſt, omni iurisdictione eccleſiaſtica, toto iure dioeceſano, omnibus eiusdem ſpeciebus in eos ſuſpenſis ſecundum *I. P. W. art. V.* §. *48.* deficiente quoque iurisdictione caeſaris & iudiciorum imperii, quae, quum in rebus mere eccleſiaſticis catholicorum locum non inueniat, id autem quod vni parti iuſtum eſt, per *I. P. W. art. V.* §. *1.* alteri quoque iuſtum eſſe debeat, etiam in euangelicos cadere non poteſt. Gauderent catholici ſtatus eodem iure independente circa ſacra, ſi vellent admiſſa autem ſemel praeſulis romani auctoritate & iurisdictionis epiſcopalis hypotheſi, non poſſunt ſibi

arro-

arrogare poteſtatem, cui per fundamenta ſuae religionis renuntiarunt. Non tamen omnes apud Euangelicos abeſſe credas limites: approbarunt & firmauerunt leges imperii nonnullos, quos iam religio & decorum poſuit, ne ſcilicet permittant domini territoriorum Euangelici, vt ſui ciues nimio zelo abrepti contumelioſa verba iaciant in adſeclas religionis Romanae Catholicae, conuitiis eos proſcindant, picturis famoſis aliisque iniuriis laedant, quod iis aeque ac Catholicis a pace religionis & Weſtphalica multisque aliis imperii legibus prohibitum eſſe nouimus. Qua de re recte pronuntiat HORNIVS *I. P. c. 59. §. 3. Itaque quoad hos actus, quos lex haec dirigit, hocque reſpectu independentes eſſe non poſſunt: & ſi quidquam agant, quod iſti conſtitutioni contrarietur, lege aduerſus illos agitur & poenam pacis publicae fractae incurrunt.* Haec pluribus expoſui *in Pflicht der Geiſtl. nach den Reichsgeſetzen* §. V. p. 12. ſqq.

§. VI.

Strictiores limites deprehenduntur circa ius reformandi, quod territoriali iuri inhaeret & circa tolerandas & mutandas alienae religionis in territorio receptae circumſtantias verſa-

verſatur. Ad nauſeam vsque vel ſexcenties expoſiti hactenus ſunt in actis ſcriptisque publicis occaſione turbarum, quae circa variorum territoriorum religionis ſtatum hoc ſaeculo motae fuerunt. Nihilominus caecutiunt multi in peruidendis illis imperantium finibus, adeoque e re ciuitatum Germanicarum eſſe videtur, eos frequentius ante oculos ponere. Pertinet ius reformandi ad ſuperioritatem territorialem & ex eius fonte profluit: ſed non eſt norma agendi, ad quam poteſtas imperantis in territorio circa ſacra aeſtimanda eſt. Aliam poſuerunt pacta publica, quae *I.P.W. art. V. §.31.* in gratiam ſubditorum ciuium ſtatuminata ſunt: *Hoc tamen non obſtante ſtatuum catholicorum Landſaſſii, vaſalli & ſubditi cuiuscumque generis, qui ſiue publicum ſiue priuatum Auguſt. confeſſionis exercitium a. 1624. quacumque anni parte ſiue certo pacto aut priuilegio ſiue longo vſu ſiue ſola denique obſeruantia dicti anni habuerunt, retineant id etiam in poſterum, vna cum annexis, quatenus illa dicto anno exercuerunt aut exercita fuiſſe probare poterunt . . . nec quisquam a quocumque illa ratione aut via turbetur.* Haec poſſeſſio a. 1624. ſecundum *§. 33. art. V. inſtar regulae* obtinere debet inter imperantem & ciues

ratio-

ratione ſtatus religionis obſeruandi, quemadmodum ſtatibus inter ſe terminus d. 1. Ian. a. 1624. praeſcribitur §. 25. tamquam *vnicum ſolumque huius transactionis, reſtitutionis, obſeruantiaeque futurae fundamentum.* Quis ergo poteſtatem ſtatuum imperii in ſacris ex ſolo iure reformandi abſolute ſpectato metietur? quis non intelligit, eam circa diſſentientes a religione dominante arctius circumſcriptam & ad ſolius poſſeſſionis a. 1624. qualitatem componendam eſſe? Egregie rem definit auctor *der geſetzmæſſigen Beantwortung der Frage: ob ein Catholiſcher Landes-Herr in Teutſchland die* iurisdictionem eccleſiaſticam *über die in ſeinem Lande befindliche, der Augſpurgiſchen Confeſſion verwandte Unterthanen zu exerciren befugt ſey? in der Staats-Kantzl. T. 53. p. 136. ſqq. Da iſt gar nicht die Frage überhaupt,* quid poſſit imperium ciuile circa ſacra ... *ſondern es iſt die Frage von Teutſchland und was inſonderheit nach Maßgab des* inſtrumenti pacis *gegenwærtig zu antworten ſey. Da iſt nun eine ausgemachte unwiederſprechliche Sache, daß der* ſtatus, vſus, obſeruantia, exercitium *und* poſſeſſio *des* anni decretorii 1624. *einig und allein das* fundamentum deciſionis *abgebe, dergeſtalt und alſo, daß wie ein Catholiſcher Landes-Herr,*

312

Digitized by Google

welcher ſelbiges Jahr gegen ſeine Unterthanen unterſchiedener Religion in poſſeſſione *der geiſtlichen* Iurisdiction *und des* exercitii iuris epiſcopalis *geweſen iſt, auch dabey ferner verbleiben ſolle, alſo hingegen wo und auf was Art und Weiſe von ihm in ſolchem* a. 1624. *daſſelbe* exercitium iuris epiſcopalis *nicht ausgeübt worden, ſich deſſen ein ſolcher Landes-Herr ebenfalls* ex nullo praetextu *fürohin annaſſen kœnne .... und zwar hat dieſer* Lex imperii pragmatica *nur allein das* poſſeſſorium *definirt, das* petitorium *aber durchaus hindan geſetzt, dergeſtalt, daß nicht nur auf gar kein Recht oder Befugniß ſolchen ſtatus ſolle reflectirt, noch auch einſt, was das exercitium anlangt, NB. eine* vera & iuridica poſſeſſio *ſolle erfordert werden: ſondern daß bey einem vorfallenden caſu auf den bloſſen Zuſtand der Sache und auf die bloſſe That, wie ſolche in* anno decretorio *geweſen iſt*, ſine conſideratione vllius iuris vel qualitatis *allemal ſolle geſehen werden, wie aus dem Friedens-Executions-Haupt-Receß* de a. 1650. §. 3. *erſcheinet*, vbi, *ohne anſehen der* iurium petitorii, *fürnehmlich nach dem bloſſen* pacto poſſeſſionis, vſus, obſeruantiae & exercitii, *die* caſus liquidos ab illiquidis *zu ſepariren.*

§. VII.

§. VII.

Hinc 1) dominus territorii ſiue Catholicus ſiue Euangelicus cogere non poteſt ciues a ſua religione diſſentientes ad eius placita, ſiue a. 1624. liquido liberum religionis diſſidentis exercitium habuerint nec ne. Non tantum id vult religio generatim ſpectata ab imperio libera, de qua GERH. NOODT ſingulari oratione diſpexit, & adſentiendi libertas, in quam vix nobis ipſis, multo minus poteſtati externae aliqua vis eſſe poteſt: ſed in Germania potiſſimum pax religionis & *I. P. W. art. V. §. 1.* vbi cuiusuis partis diſſentientium religio firmatur eique ſecuritas liberumque exercitium relinquitur, violentia omni & via facti inter vtramque partem perpetuo prohibita. Quod ſi etiam Catholico domino eccleſiaſtico ius dioeceſanum & tota iurisdictio eccleſiaſtica competierit a. 1624. ea tamen *I. P. W. art. V. §. 48.* contra Auguſtanae confeſſioni addictos ciues ratione ipſius religionis ſuſpenſa eſt, nec exerceri vlla ratione poteſt, quam in quibusdam, quae ipſam religionem non ſpectant, ſecundum poſſeſſionem, ſtatum & obſeruantiam religionis ciuium ſubditorum a. 1624. 2) Non poſſunt domini territorii annexa religio-

313

nis diſſidentium, ne minima quidem ex parte, tollere, impedire, turbare, immutare, quae a. 1624. eorum exercitio religionis vere & certo adhaeſerunt, quod verba §. *31. art. V.* clariſſime adfirmant. Annexa haec aeſtimanda ſunt ex ambitu rerum ſacrarum, quem Catholici deſignant, non ex vera rei qualitate, quae ſaepe nihil ſanctitatis, nullum cum religione nexum reapſe inuoluit, adeoque ab Euangelicis iis non accenſetur. Quidquid enim Catholicis mere eccleſiaſticum eſt, Euangelicis quoque per *I. P. W. art. V.* §. *1.* mere eccleſiaſticum eſto, quamuis hi de illarum rerum qualitate ſecundum placita ſuae religionis & lumen euidentiae aliter ſentiant iudicentue. Eam ob cauſſam in caſibus ſpecialibus caute diiudicanda eſt regula HILDEBRANDI *diſſ. de anno decretorio c. 1.* §. *4. p. 16. terminum anni 1624. non res politicas ſpectare, ſed tantum eccleſiaſticas & quae religionis cauſſa in politico ac profano ſtatu variata ſint & immutata.* Quamquam enim haec regula ſuo fundamento nitatur *I. P. W. art. V.* §. *28. & 30.* in applicatione tamen liberalior quis eſſe poteſt, quam par eſt, & ob cuiusdam annexi vilitatem & minoris momenti pretium iuri renuntiare, quod vi pacis Weſtphalicae vrgere

poſſet.

poſſet. Sic HILDEBRANDVS minus recte putat, ſi in ciuitate Catholica Euangelici ciues & in Euangelica Catholici ex mera beneuolentia propter morum honeſtatem in ſenatorum numerum a. 1624. allecti fuerint, eiusmodi ſenatores hodie vigore huius termini adſciſcendos non eſſe: tranſitum per coemiterium maioris forte commoditatis gratia ex libera voluntate olim conceſſum, vi illius poſſeſſionis non amplius permittendum eſſe. Non enim, vt ſupra monui, diſpiciendum, quo titulo, quo iure poſſeſſio a. 1624. nitatur, ſed ſola poſſeſſio, ſola obſeruantia anni regulatiui iuris fundamentum conſtituitur. Addit eadem negligentia: *Parilis farinae ſunt, num clauis, qua ianua ex hoſpitali quodam in templum perducens aperienda, a. 1624. noctu in hypocauſto praefecti huius hoſpitalis cuſtodita, poſtea autem eiusdem cuſtodia a ſenatu peracta, in priſtinum locum, in quo a. 1624. erat, ſit reſtituenda. Similiter, num laniarium in ciuitate vtriusque religionis tempore quadrageſimali vel clauſum vel apertum eſſe debeat: aliaue non multum inuoluentia quaeſita.* Sed quamuis annexa minoris momenti ſint, iure tamen ſuo nituntur, nec alius religionis adſeclae in minimis laedendi, nec in quocumque iure quacumque ratione turbandi. §. VIII.

Digitized by Google

§. VIII.

Quare 3) domini territorii non poſſunt ciuibus ſimultaneum religionis obtrudere: tota enim facies ſtatus religionis a. 1624. ſic transformatur & alteratur, quae quum in ſcriptis, *Ungrund und Urſprung des* Simultanei *in Staats-Kantzl. T. 35. p. 410. & 442.* copioſius deducta, & a THOMASIO *Geſpræch vom Simultaneo* plenius expoſita ſint, nolo iis immorari. Adducere ſaltem liceat ſpecialia omiſſionis officia domini territorii ex *Ungr. des Simult.* §. 49. 50. quae hactenus dicta illuſtrant: *Und daß ſolchem nach nicht erlaubt ſey, zum Exempel* 1) *denen Evangeliſchen aufzulegen, daß ſie Catholiſche Feſtæge feyren, daß ſie für das Venerabile niederfallen oder demſelben aus dem Wege gehen, daß ſie es begleiten oder ſonſt etwas zu deſſen Verehrung thun ſollen; auch* 2) *mit proceſſiones anzuſtellen, wo ſolche vor dieſem nicht geweſen; noch ſonſt* 3) *das* publicum exercitium *von neuen einzuführen; oder* 4) *neue Kirchen dazu aufzubauen, oder nur die Zahl der Perſonen, ſo mit geiſtl. Stifftungen verſehen, zu vermehren; oder* 6) *Bilder aufzuſtellen, wo ſie nicht geweſen; oder* 7) *Schulen, oder* 8) *Clæſter anzurichten; oder* 9) *die Evangeliſchen von æffentlichen Aemtern auszuſchlieſſen, da ſie ſolche vor dem*

entwe-

Digitized by Google

entweder allein oder doch neben den Catholiſchen bedient gehabt; vielweniger 10) *denen Evangeliſchen ihre Kirchen, Capellen, Hoſpitæler &c. unter dem Vorwand, daß ſie wüſte liegen oder nicht gebraucht werden, oder daß ſie Catholici ſolcher nœthig haben, zu nehmen und ſich zuzueigenen; noch* 11) *mit ihren Stifftungen und Einkünfften zum theil oder gantz alſo zu verfahren; noch* 12) *das* Simultaneum *in der Evangeliſchen Kirche einzuführen, und* 13) *die Evangeliſchen zu zwingeu, daß ſie in die Catholiſche Kirche gehen, oder* 14) *ihre Kinder in die Catholiſche Schule ſchicken, oder* 15) *gar bey der Meſſe adminiſtriren laſſen &c. &c. Denn durch alles dieſes und dergleichen Beeinträchtigung wird der* Status annorum regulatiuorum *offenbahrlich alterirt: und wenn Leute, ſo* a. 1618. *und* 1624. *im Pfæltziſchen und Neuburgiſchen gewohnet, wieder aufſteben und man ihnen vorſagen wollte, es wære daſelbſt noch eben der ſtatus, als* a. 1618. *und* 1624. *geweſen, würden ſie nicht meinen, ihre Nachkommen wæren von Sinnen gekommen?*

§. IX.

4) Tolerare debent porro diſſentientes a ſua religione, qui a. 1624. nullum ſuae religionis exercitium in territorio habuerunt, ſi nulla ratione ciuis officio defuerint. Tolerantia arbi-

arbitrio dominorum territorii non relicta, ſed neceſſitatis eſt, vt patet ex *I.P.W. art.V.* §. *34. Placuit porro, vt illi Catholicorum ſubditi Auguſtanae confeſſioni addicti, vt & Catholici Auguſtanae confeſſionis ſtatuum ſubditi, qui a. 1624. publicum vel etiam priuatum religionis ſuae exercitium, nulla anni parte habuerant nec non, qui poſt pacem publicatam deinceps futuro tempore diuerſam a territorii domino religionem profitebuntur, & amplectentur, patienter tolerentur & conſcientia libera domi deuotioni ſuae ſine inquiſitione aut turbatione priuatim vacare, in vicinia vero, vbi & quoties voluerint, publico religionis exercitio intereſſe, vel liberos ſuos exteris ſuae religionis ſcholis aut priuatis domi praeceptoribus inſtituendos committere non prohibeantur, ſed eiusmodi Landſaſſii, vaſalli & ſubditi in ceteris officium ſuum cum debito obſequio & ſubiectione adimpleant, nullisque turbationibus anſam praebeant.* Tolerantia diſſentientium ratione originis quidem voluntaria dicenda, quia ſtatus imperii libero conſenſu pacta illa publica de tolerandis alterius religionis ſectatoribus iniuerunt: ſed pacto ſemel conſtituto facta eſt neceſſaria, vt non pendeat ab arbitrio domini, ciues illos e territorio expellere pro lubitu. Arbitrio potius ciuium relictum, num velint per-

Digitized by Google

permanere in territorio, an vero emigrare: *Wo aber unſere ... Unterthanen der alten Religion oder der Augſpurgiſchen Confeſſion anhængig ... an andre Orte ziehen und ſich niederthun wollten.* R. I. 1555. §. 24. Tolerandi quoque dicuntur loco I.P.W. citato, non detinendi, non cogendi, adeoque permittitur libera emigratio. Iuberi tamen poſſunt, vt territorio excedant, ſi nempe *officium ſuum boni ciuis cum debito obſequio & ſubiectione non adimpleant, vel turbationibus anſam praebeant.* Quamobrem duae emigrationis cauſſae *I. P. W. art. V. §. 35.* indicantur: *Quod ſi vero ſubditus ... ſua ſponte emigrare voluerit, aut a territorii domino iuſſus fuerit*, iuſtam ſcilicet ob cauſſam.

§. X.

Ipſa tolerantia, ipſa emigratio ſuos acceperunt limites. Tolerandi nempe ſunt diſſentientes cum ſumma aequitate: *Nullibi ob religionem deſpicatui habeantur; nec a mercatorum, opificum, aut tribuum communione, hereditatibus, legatis, hoſpitalibus, leproſoriis, eleemoſynis, aliisue iuribus aut commerciis, multo minus publicis coemeteriis, honoreue ſepulturae arceantur, aut quippiam pro exhibitione funeris a ſuperſtitibus exigatur praeter cuiusque parochialis eccleſiae iura pro demortuis*

316

Digitized by Google

pendi ſolita; ſed in his & ſimilibus pari cum conciuibus iure habeantur, aequali iuſtitia protectioneque tuti. I. P. W. art. V. §. 35. Non ergo licet deterioris eos reddere conditionis aut diuerſis oneribus ſubiicere, quam quae ciuibus religionis dominantis imponuntur. Limites vero emigrationis permittendae deprehendere licet in *R. I. 1555. §. 24. I. P. W. art. V. §. 36. 37.* emigranti tempus ſufficiens ad res ſuas colligendas & quidem non minus triennio praefigendum: liberum ei ſit, aut retentis bonis aut alienatis diſcedere, retenta per miniſtros adminiſtrare, dataque occaſione ad commoda ſua reſpicienda & promouenda ſine vlla difficultate obiecta redire: teſtimonia neceſſaria non denegentur: cenſu emigrationis iniquo non prematur, nec ſeruitutis aut vllo alio praetextu impedimentum inferatur. Quae omnia hactenus occaſione emigrationis Salisburgenſium in lucem denuo protracta & a tot ſcriptoribus ſingulari opera expoſita ſunt.

§. XI.

Ex plurium iuris publici ſcriptorum ſententia 5) non quoque licet dominis territorii aliam religionem in ſua territoria introduce-

re

re nec tolerare, praeter tres illas, quarum iura in I. P. W. firmata eſſe conſpicimus. Verba enim *I. P. W. art. VII. §. 2.* definite rem exponere videntur: *Praeter religiones ſupra nominatas nulla alia in ſacro imperio Romano recipiatur vel toleretur.* Feruide hunc limitem ſuperioritatis territorialis propugnant multi, cumprimis HORNIVS *I. P. c. 59. §. 4. p. 615.* prouocans inſuper ad *R. I. 1555. §. 16. Doch ſollen alle andere, ſo obgedachten beyden Religionen nicht anhængig, in dieſem Frieden nicht gemeinet, ſondern gæntzlich ausgeſchloſſen ſeyn.* Et ad declarationem ordinum A. C. addictorum Caeſari a. 1566. exhibitam, quam exhibet LEHMANN *L. 3. de pace relig. c. 5. auch nicht geſtatten wollen, daß einige Secte, ſie heiſſe, wie ſie wolle, in ihren Kirchen mit ihrem Willen, Statt, Platz oder Raum hætte.* Sed ſi verba legum & actorum publicorum attentius expendamus, nullum limitem hic dominis territorii poſitum eſſe adgnoſcemus. Pax Weſtphalica nullam aliam religionem in ſacro imperio Romano recipi vel tolerari vult, id eſt legibus imperii firmari, iuribus imperii, quibus tres aliae religiones *canoniſatae* gaudent, particeps reddi, adeoque publica imperii auctoritate in gremium quaſi imperii recipi nec

in eo tolerari debet. Quidquid in hoc vel illo territorio receptum eſt, hoc in ſacro imperio Romano non ſtatim receptum eſſe, ſenſu politico & iuridico dici poteſt. Egregie huc facit pax religioſa verbis ſupra allegatis, *daſs alle andre Religionen in dieſem Frieden nicht gemeinet, ſondern gæntzlich ausgeſchloſſen ſeyn;* id quod innuit, ceteras religiones excludi a iuribus publicis, a receptione publica imperii auctoritate facta, & quaſi a ciuitate imperii Romani. Sed exinde non via praecluſa eſt ſuperioritati territoriali prouinciarum, ad religiones diuerſas recipiendas & tolerandas, vtpote quae hanc ob cauſſam in canonem imperii non recipiuntur nec iura vrgere poſſunt, quae imperium tribus religionibus pace publica firmatis conceſſit. Miror praeterea, HORNIVM fulcrum ſuae ſententiae quaeſiuiſſe in declaratione ordinum Euangelicorum, quae non de tolerantia ciuili, ſed eccleſiaſtica loquitur. Quaeſtio enim erat, num iudicarent, Palatinum principem eſſe membrum ſuae eccleſiae & plene perfecteque ipſi conuenire cum Auguſtana confeſſione: quod negabant, adſerentes, ſe nullos errores Auguſtanae confeſſioni contrarios in ſuis eccleſiis admittere, *auch nicht geſtat-*

ten

ten wollten, daß einige Seckte, ſie heiſſe wie ſie wollte, IN IHREN KIRCHEN (aliud eſt *in ihrem Lande*) *mit ihrem Willen Statt, Platz und Raum hætte, wie ſie dann gleicher geſtalt und nicht weniger der Zwingliſchen und Calviniſchen Opinion halber in allweg geſinnet ſeyn.*

§. XII.

6) Non poteſt quis territorii dominus ciues alterius ſtatus imperii ſuae religioni addictos in tutelam ſuam ſuſcipere, iurisdictioni alterius ſubtrahere, eorumque cauſſam aperto marte contra dominum tueri: *Quod nemo alienos ſubditos ad ſuam religionem pertrahere, eaue cauſſa in defenſionem aut protectionem ſuſcipere, illisue vlla ratione patrocinari debeat, conuentum eſt I. P. W. art. V. §. 30.* 7) Non licet Legibus ciuilibus definire, quid ſacrum, quid profanum ſit, in praeiudicium religionis alienae in territorio receptae, neque legislatoriam poteſtatem ad externa illius porrigere. Sic enim dominus ſibi arrogaret libertatem mutandi alterius religionis placita, ſtatum, & annexa, quae tamen ad ſtatum anni 1624. illaeſa & intacta manere debent. Toleret quoque aequalitatem inter vtriusque religionis adſeclas probe & curate obſeruandam; & quum

318

Digitized by Google

Catholicorum religio cognitioni laicorum ſubeſſe nequeat, etiam Euangelicorum religio ab imperio ciuili domini diſſentientis erit libera. 8) Si ſocii diuerſae religionis de ſtatu eiusdem contra regulam a. 1624. immutato conquerantur iniuriasque ſibi illatas domino diſſentienti exponant, non pro lubitu viam iuris praeſcribere poteſt iisque imperare, potius laeſus ſine vlla exceptione illico reſtituendus. Nam *I. P. W. art. V.* §. *25.* vult, vt *Aug. conf. addicti poſthac in habita vel recuperata poſſeſſione nullo modo turbentur, ſed ab omni perſequutione iuris & facti perpetuo tuti ſint.* Et *art. XVII.* §. *3. ne vsquam contra hanc transactionem in petitorio aut poſſeſſorio ſeu inhibitorii ſeu alii proceſſus vel commiſſiones vnquam decernantur.* Vt ſilentio praetermittam, quae in *Edicto execut. & artior. modo exequ.* hac de re continentur. Non putemus, leges illas ad ſtatus immediatos inter ſe pertinere, non ad ciues ſubditos eſſe trahendas: aliud oſtendit *I. P. W. art. V.* §. *32.* qui de iis, qui ſtatibus ſubditi ſunt, loquitur: *Turbati aut quocumque modo deſtituti ſine vlla exceptione in eum, quo anno 1624. fuerunt, ſtatum, plenarie reſtituantur. Idemque obſeruetur ratione ſubditorum Catholicorum Auguſtanae confeſſionis ſtatuum, vbi*

dicto

dicto a. 1624. vſum & exercitium Catholicae religionis publicum aut priuatum habuerunt. Pluribus hac de re explicaui comment. *de ratione componendi diſſidia circa ſtatum relig. in R. G. imperio p. 64. ſqq.* 9) Proteſtantium denique dominorum territorii poteſtas in ſubditos alii religionis Euangelicae ſocietati addictos limitibus non caret. Nec hic deſuerunt mutuae iniuriae, adeoque legibus imperii iis quoque cautum eſt. Si ergo princeps Euangelicus, ſiue religionis placita a LVTHERO adſerta & defenſa ſequatur, ſiue Reformatorum ſocietati adſcriptus ſit, ad alterius partis ſacra forte tranſierit, aut territorium, vbi alterius religionis exercitium publicum viget, ſeu iure ſucceſſionis ſeu alio quocumque titulo nactus fuerit: 1.) cultum ſuae religionis citra ſubditorum onus aut praeiudicium inſtituere debet. 2.) Fas ei non eſt, in publico religionis ſuorum ciuium ſtatu quidquam immutare, vel vllum praeiudicium ei vel directe vel indirecte afferre. 3.) Communitatibus & eccleſiis, academiis & conſiſtoriis eorum Miniſtros & Adſeſſores non licet obtrudere. 4.) Si forte ſubditorum quidam domini religionem amplexi ſint, ſuo ſumtu exercitium eius conſti-

tuent,

Digitized by Google

tuent; nec dominus territorii ceteros ſubditos ad ſubſidia illis ferenda obligare poteſt. 5.) Hanc religionis mutationem ſemel approbatam ſucceſſor tollere non debet, nec ius indultum auferre. Quae omnia *I. P. W. art. VII.* praeſcribuntur. Explicari potuiſſent haec vberius, pluraque ſubiici, niſi obſeruationis huius limites me breuitatis admonerent.

§. XIII.

Pergendum eſt ad limites, quos leges imperii ſuperioritati territoriali circa profana poſuerunt. Status enim imperii e re communi eſſe iudicarunt, in ſyſtemate federato, cui innexi ſunt, iura ſua libertatis in diuerſis rebus circumſcribi, vt publica tranquillitas eo perfectius conſeruari poſſet. 1.) Generatim de omnibus ſuperioritatis, quae vulgo dicitur *ſaecularis*, iuribus certum eſſe reor, ea in praeiudicium Caeſaris & imperii in Germania exerceri non oportere. Requirit hoc nexus ſyſtematis & publica ſalus: requirit iusiurandum, quo quisque imperatori & imperio obſtrictus eſt: Requirunt leges imperii mutuo conſenſu ſancitae; vt recte MAVRITIVS, Landgrauius Haſſiae, inter ſtudia imperii Germanici

nici ruinam procurantia retulerit eorum placita, *qui ſtatuum libertatem ita extendunt, vt legibus quibuslibet imperii ſoluti magis, quam ligati apparere malint.* SCHWEDER *I.F.P. ſpec. ſect. 2. c. 10. §. 3. p. 822.* Num autem iure territoriali quis abuſus ſit contra leges imperii, de eo iudex competens non eſt Caeſar ſolus, non vnus vel alter ſtatus imperii, non priuatus quisque, ſed Caeſar & imperium in comitiis rem diſpiciens. 2.) Iure belli vti poſſunt in exteros, ita tamen, ne imperio exinde ſecuritas turbetur. Caeſari id non permiſerunt ſtatus art. IV. Capit. nouiſſ. multo minus ſibimet ipſi: videntur enim ea Capitulationis contenta deſumſiſſe ex *Handhab. des Landfried. zu Worms* de a. 1495. §. 5. *Daß weder Ihre Kæyſerl. Maj. ... noch Churfürſten, Fürſten und Stænde des Reichs ohne Wiſſen und Willen jæhrlicher Verſammlung einen Krieg oder Fehde anfahen, noch einige Bündniß oder Einigung mit frembden Nationen oder Gewalten machen ſollen, die dem Reich zu Schaden, Nachtheil oder zuwieder ſeyn mæchten.* 3.) Si ab alio ſtatu laeſi fuerint, bello ſatisfactionem petere non licet, ſed via iuris praeſcripta eſt. *Nulli omnino ſtatuum imperii liceat ius ſuum vi vel armis perſequi, ſed ſi quid controuerſiae ſiue iam exortum ſit ſiue poſt inciderit,*

Digitized by Google

vnusquiſque iure experiatur, ſecus faciens reus ſit fractae pacis: I. P. W. art. XVII. §. 7. 4.) inde iure repreſſaliarum in alium ſtatum imperii, ſi iniurias ſtatui religionis illatas exceperis, vti non poſſunt per eadem I. P. W. adſerta. Quid quod vna cum iis pignorationes etiam & arreſta prohibentur: *v. Cammerg. O. P. 2. tit. 23. §. 1. R. I. 1570. §. 84.* Quamuis in exteros omnino liceat ſub cautione n. 1. allata. 5.) Ius pangendi inter ſe & cum exteris federa perpetuo quidem liberum eſto, ita tamen, ne eiusmodi federa ſint contra imperatorem & imperium pacemque eius publicam & Weſtphalicam, fiantque ſaluo per omnia iuramento, quo quisque imperatori & imperio obſtrictus eſt. *I. P. W. art. VIII. §. 2.* 6.) Non poteſt dominus territorii in exteri regis aut reipublicae clientelam ſe recipere. Laederetur ſic protectio Caeſaris & imperii cui ſubiacet, contra quos etiam defendendus foret ab extero, vt recte obſeruat LYNCKER *de lib. ſtat. imp. ſect. 3. memb. 2. p. 70. Vtique in eiusmodi clientelis non poteſt ne quidem excipi imperator & imperium: ſiquidem contra quemlibet cliens defendi debet etiam contra magiſtratum ordinarium. Aut vero clientela non erit ſed ſimplex confederatio vel aſſiſtentia, vt Treuiren-*

uirenſis elector protectionem Gallicam appellabat. 7.) Multo minus ſe corpori Germanico poteſt ſubducere. Neque hoc patitur nexus ſyſtematis, cui ſe implicauit, neque iusiurandum, quo Caeſari & imperio ſe adſtrinxit. Saltem conſenſu Caeſaris & imperii opus erit.

§. XIV.

8.) Leges imperii rite in comitiis conditas tenetur promulgare in ſuo territorio, vimque ciuiliter in territorio obligandi illis adfirmare. 9.) Non abſoluta & arbitraria ipſi competit poteſtas abrogandi leges imperii inter ciues ſuos, quamuis priuatorum res reſpiciant, praeſertim ſi nulla eius laedant priuilegia & iura dudum adquiſita, ſi diſſenſum non conteſtatus ſit in comitiis, lexque imperii intentionem vniuerſim obligandi conſenſu omnium apertius prae ſe ferat & immutationes prohibeat. 10.) De collectis imperii aliter in territorio decernere non licet, quam legibus imperii decretum. 11.) Iura ſibi arrogare non poteſt, quae quidem ex iure ſummi imperii & ſuperioritate deduci queunt, ſed in imperio Germanico pacto inter Caeſarem & Ordines imperii ſoli Caeſari reſeruata, vel a con-

ceſſione Caeſaris & imperii ſuſpenſa ſunt. Peramplus hic finium ſuperioritatis ambitus deſignatur, intra quos domini territorii ſe continere ſolent, ſed pauca ſaltem exempli loco adferre liceat. Non poteſt vniuerſitates ſcientiarum in territorio condere, ſed Caeſaris opus eſt priuilegio: non poteſt monetae cudendae ius exercere, niſi iuſto titulo impetrauerit: vectigalia immutare, amplificare, renouare, vel noua plane introducere par non eſt: nundinas ſollemnes & generales non poteſt inſtituere, a ſolo Caeſare exſpectandas: poſtarum imperialium negotia in territorio vſitata nec impedire nec tollere poteſt: nec moratoria nec protectoria per totum imperium vim ſuam exſerentia concedere &c. 12.) Quum iure coram imperio experiendum ſit in controuerſiis cum aliis ſtatibus, non vi, non bello, iurisdictioni imperii eiusque tribunalibus ſubeſſe intelligitur. Non poſitum eſt in arbitrio domini territorii, declinare iudiciorum imperii decreta eorumque cognitioni cauſſam ſubtrahere. Nec pro lubitu forum hic eligere poteſt, num cauſſam dicere velit coram iudicio aulico vel camerae, niſi peculiari priuilegio, quo pauci in imperio gaudent,

ea-

Digitized by Google

eadem eligendi facultate donatus fuerit, quae nihilo ſecius certis conditionibus alligata eſt. 13.) Non impedire poteſt ciues ſubditos, quo minus ab eius iudicio ad Caeſarem & ſumma imperii tribunalia prouocent, ſiue inter ſe litigent, ſiue de iniuriis a domino ipſo ſibi illatis conquerantur. Quamuis autem iſtis appellationibus cum in receſſibus imperii tum in capitulatione limites varii poſiti ſint, & partim certa cauſſarum genera exemta, partim certae ſummae appellabiles definitae, partim priuilegia de plane non appellando conceſſa fuerint: permiſſum tamen eſt ciuibus ſubditis querelas nullitatis & vel protractae nimis vel denegatae iuſtitiae nihilo minus ad Caeſarem deferre, & remedia iniuriarum a iudiciis imperii efflagitare. 14.) Si exſequutio ſecundum iudicata modumque exſequendi legibus determinatum ipſi immineat, reſiſtere illi integrum non eſt. Grauiſſime laederetur auctoritas & iurisdictio Caeſaris & imperii, in qua conſenſit & cui ſe ſubmiſit, adeoque poenas ſibi attraheret, quas leges imperii huic pertinaciae maieſtati imperii & paci publicae aduerſanti ſtatuerunt &c.

322
Digitized by Google

§. XV.

Indicare haec magis licuit, quam explicare, nec indigent operoſa probatione, quum a tot iuris publici ſcriptoribus fuſius explanentur. Quae quum ita ſint, cuiuis ſubolere puto, quid reſponſuri forte fuiſſent legati in comitiis imperii ad quaeſtionem, quam conſiliarii DVCIS Meclemburgici nomine ſui principis ad comitia perferri a. 1734. curarunt: *Es wird auch die hiemit Euch gnædigſt anbefohlene Frage nicht verdacht noch eine ſincere Explication verſaget werden mægen, was dann die Herren Geſandten vermeineten, ob nicht die Reichs-Stænde, bevorab Chur- und Fürſtl. alte Hæuſer, durch den Weſtphæliſchen Friedens-Schluß, die Kæyſerl. Wahl-Capitulation und andere Reichs-Fundamental-Geſetze in ihren Landes-Obrigkeitl. Regalien und was deme anhængig,* in perpetuum *dergeſtalt beſtætiget und ſicher geſtellet wæren, daß ſie darin zu keiner Zeit von jemanden turbiret, beſondern alle und jede von (in ſonſtigen competirenden Fællen mit hæchſtem Reſpeckt, venerirender und agnoſcirender) Kæyſerl. Oberrichterl. Iurisdiction, dagegen zu entſtehen mægliche Ausgehungen, ſie heiſſen Reſcripta, Mandata, Commiſſiones, Protectoria, Conſeruatoria oder wie ſie ſonſt immer Nahmen haben mægen,* ipſo iure

iure & facto *für null und nichtig gehalten und alſo in der That ſeyn und bleiben ſollten. .... So dann, ob wohl ein Begriff zu faſſen ſtehe, daß wir uns zu einer paritoriſchen Agnoſcirung, Unterwerffung und Befolgung einer falſchen Iurisdiction und daher ausgehende Erkæntniſſen verſtehen kænten, ohne unſere vormahls uhralte Regentliche und nach freywilliger Reichs-Incorporirung denen unverbrüchligſten Reichs-Grundgeſetzen gemæſſe Landes-Fürſtl. Würde und Gerechtſame ſelbſt zu abdiciren und zu Boden zu ſtürtzen* &c. *Staats-Kantzley Tom. 65. p. 191. ſq.* Quum enim exercitium regalium ad certas normas mutuo conſenſu in legibus imperii definitas adſtrictum ſit, adeoque varia ratione iniurias aliis inferre queat, iniuriae autem iſtae tantum non omnes cognitioni Caeſaris & imperii ſubiaceant: dominus territorii de iniquitate conqueri non poteſt, ſi iuſtitia laeſis adminiſtretur ſecundum rationem legibus imperii praeſcriptam.

§. XVI.

Praeter leges imperii ſummam libertatem ſuperioritatis territorialis circumſcribentes, alia quoque regula datur, ad quam domini territoriales exercitium ſuperioritatis componunt,

Digitized by Google

ponunt, pacta ſcilicet cum ſtatibus prouincialibus inita. Non quidem in omnibus territoriis ea deprehendi conſtat, adeoque domini eorum liberi ſunt ab his agendi normis: frequentiores tamen terrae dantur in Germania, vbi pacta cum ordinibus prouinciae ſubſunt, quam in quibus plane deficiunt. *In ſingulis regionibus*, inquit HVGO *in iurisprud. particul. Germ. c. 4. §. 29. p. 176. ſpectandum, de quibus rebus conuentum conuocare vel legibus pactisue cautum vel longa conſuetudine introductum. Nihil enim probibet, alibi ordines prouinciales auctoritatis maioris, alibi minoris eſſe. Itaque nec neceſſitas eos ad conſultationes publicas vocandi vbique aequalis: immo quibusdam locis hoc ſatis rarum eſt. Inprimis vero ad tributum extra ordinem colligendum plerique conuentum & aſſenſum ordinum prouincialium requirunt: alii tamen, an hoc neceſſe ſit, dubitant.* Exempla varia adfert MYLER *ab* EHRENBACH *de ſtatibus imperii P. 2. c. 39. §. 10. p. 365.* HERTIVS *Diſſ. de ſubiectione territoriali §. 19.* IARGOW *von Regalien L. I. c. 4. §. 8.* Nituntur illa iura ſtatuum prouincialium vel pactis expreſſis vel tacitis ſiue obſeruantia, vt HVGO l. c. & MYLERVS l. c. probe obſeruant: *In quo tamen puncto regionis obſeruantia*, das Herkommen, *aut pacta conuenta*

inter

inter principes & ſtatus prouinciales attendenda erunt. Negat quidem excellentiſſimus VIR BOEHMERVS *Iur. publ. vniu. P. ſpec. L. I. c. 5. §. 36.* in limitibus ſummae in republica poteſtatis locum eſſe poſſe pacto tacito: *Quin & iam*, inquit, *nonnulli ſunt, qui putant, per pacta tacita cum ſubditis inita, poſſe inſtituta quaedam determinari in republica, quae inde colligunt, ſi per longam obſeruantiam aliquid diu eodem ſemper modo obtinuit; de quo tamen merito dubito.* Rationes adfert in nota ſubiecta: *Equidem illud non nego* 1) *poſſe etiam imperantem tacite ſuum conſenſum ipſo pacto declarare; ſed an ex conſtanti obſeruantia & exercitio ſeipſum adſtringere voluiſſe credendus ſit, ad haec vel illa negotia eodem modo in poſterum exercenda, illud ipſum eſt, de quo merito dubito.* 2) *Omnia, quae imperans in republica reſpectu ſuorum ſubditorum agit, ex mera libertate vt iure imperii agit.* 3) *Nec credendum eſt, quod ſe facile ad certa inſtituta proprio marte alligare voluerit, id quod communiter inclinationi eorum, qui imperant, aduerſatur.* Sed liceat mihi ab adſerto VIRI celeberrimi, cuius eruditioni reuertenter adſurgo, quam modeſtiſſime diſſentire. Ad primum argumentum repono: dum concedit, imperantis conſenſum ex conſtanti obſeruantia & exercitio, col-

324

Digitized by Google

ligi poſſe, eo ipſo quoque concedit, colligi exinde voluntatem principis, ſe rem ita exerceri velle; qui enim conſenſit, etiam voluit. Haec autem eſt natura conſenſus, ſilentio aliisque factis declarati, quando per tempus immemoriale rei non contradicitur ab eo, qui ius contradicendi habet, vt operetur obligationem perfectam: alias tota doctrina praeſcriptionis corruet etiam inter gentes & priuatos, quorum illi, contra quos praeſcriptio allegatur, ſemper effugium exinde petere posſunt, ſe ſuosque anteceſſores iſto conſenſu per longiſſimum tempus declarato noluiſſe obligari. Petitur ſic principium, num plane pactis tacitis & praeſcriptioni vis aliqua iuris attribuenda, cui tamen ipſe auctor celeberrimus dubium non mouebit. V. GROTIVM *de I. B. & P. L. 2. c. 4. §. 7. 8.* Nec ſecunda ratio, imperantem omnia agere ex mera libertate & iure imperii, rem conficit: nam mera libertas mentis requiritur ad liberum conſenſum factis declaratum: ſumma autem libertas imperii non obſtat, quo minus iuribus his vel illis imperans renuntiare queat: iure imperii vtitur, dum conſenſu tacito varia iura cum ſubditis ciuibus communicat, iisque relinquit.

Ter-

Tertiae rationi iam ſatisfecit GROTIVS l. c. quae maxime oratoria eſt. Quum enim inclinationi imperantium non aduerſetur, pactis expreſſis iura ciuibus liberaliſſime concedere, cur ipſi contrarium iudicare velis, quod tacite ad iura relinquenda ſe obligent. Fuſius his dubiis occurrit vir iudicioſiſſimus B. WERLHOFFIVS de praeſcriptione inter gentes liberas, & rationi poſtremae recte opponit §. 23. *Acerrime contra praeſumtionem, qua quisque ſua ſeruare velle creditur, quarta ratio facit, ſpecialiori ideoque fortiori praeſumtione, quod credibile non ſit, quemquam eius, quod vult, longo tempore nullam plane idoneam ſignificationem edere, generaliorem illam etiam aliis deficientibus elidens: ſiquidem firmiorem ſpecialibus, quam iis, quae generaliter fiunt vel dicuntur, efficaciam in iure tribui expeditum eſt. In propoſito autem caſu ſpecialem declarationem haberi par eſt eam, quae ex diuturnitate temporis generalem praeſumtionem temperat ac reſtringit.*

§. XVII.

Quando eiusmodi pacta principis cum ſtatibus prouincialibus in territorio adſunt, ſtandum iis eſt omnino, quod & Iuris naturae volunt placita & leges imperii inculcant, cum in ſacris, tum in profanis. Circa ſtatum

325

Digitized by Google

religionis cautum eſt *I. P. W. art. V. §. 33. Pacta autem, tranſactiones, conuentiones aut conceſſiones, quae inter tales immediatos imperii ſtatus eorumque ſtatus prouinciales & ſubditos ſupra dictos de publico vel etiam priuato exercitio religionis introducendo, permittendo & conſeruando antehac intercesſerunt, initae & factae ſunt, eatenus ratae & firmae manento, quatenus obſeruantiae dicti anni 1624. non aduerſantur, nec ab iisdem niſi mutuo conſenſu recedere liceat.* De ſubditis Proteſtantium ſtatuum *art. VII. §. 1.* ſtatuit: *Saluis tamen ſemper ſtatuum, qui Proteſtantes nuncupantur, inter ſe & cum ſubditis ſuis conuentis pactis, priuilegiis, reuerſalibus, & diſpoſitionibus aliis, quibus de religione eiusque exercitio & inde dependentibus, cuiusque loci ſtatibus & ſubditis hucusque prouiſum eſt.* Immo vero leges imperii pactis cum ciuibus eam vim tribuunt, vt mutuo conſenſu eorum, quorum intereſt, a ſtatu religionis a. 1624. recedere liceat, vt ex loco ſupra allato clare apparet. Quidni iis vim obligandi tribuerent, quum permittant, per eiusmodi pacta obligatione ſibimet ipſis debitae detrahere & renuntiare?

§. XVIII.

In profanis quoque iuribus & negotiis pacta

pacta dominorum territorii cum ciuibus firmantur a legibus imperii. *I. P. W. art. X. §. 16.* Pomeraniae ordinibus & ſubditis, in Suecorum poteſtatem translatis, ſecuritatem iurium praeſtat & requirit a Suecis, vt *competentem eorum libertatem, bona, iura & priuilegia communia & peculiaria legitime adquiſita vel longo vſu obtenta . . . circa homagii renouationem & praeſtationem more ſolito confirment.* Eodem *I. P. W. art. XIII. §. 4. cauere* monetur *Epiſcopus Osnabrugenſis per litteras reuerſales ſtatibus & ſubditis ſuis, homagio, quatenus obſeruantia ab antiquo obtinuit, ab ipſis recepto, iura ac priuilegia ſalua fore, & quae praeterea . . . . . ſtatuum & ſubditorum ſecuritati neceſſaria videbuntur.* Ratione fori incompetentis iniungitur ſtatibus imperii per *Ordin. Camer. Wormat. a. 1495. tit. 26. Ein ieder ſoll ſeine Unterthanen in ſeinen ordentlichen Gerichten, Rechten und Obrigkeiten bleiben laſſen und halten, nach eines ieden Fürſtenthums, Grafſchafft, Herrſchafft und Obrigkeit lœblichen Herkommen und Gebræucheu.* Iura multorum ſtatuum prouincialium laeſa eſſe videbantur *R. I. 1654. §. 180.* quo ipſis iniungitur, vt dominis territorii neceſſaria ſubſidia ferant & ſubminiſtrent, ad fortalitia & praeſidia ſuſtinenda: per pacta enim ſpecialia

 cura

326

Digitized by Google

cura iſtarum rerum oneraque translata erant in dominum, adeoque lites variae exinde ſubortae. Quare LEOPOLDVS imperator ſecundum leges imperii antea de iuribus ciuium mediatorum latas declarabat a. 1670. in comitiis: *Daß Ihro Kæyſerliche Majeſtæt in obangezogenen neuen Vorſchlag und praetendirter extenſion des R. und gleichwie, ohne einigen Unterſchied, und zwar ihrer der Chur-Fürſten und Stænde, Mediat-Stænde, Landſaſſen und Unterthanen habenden Behelffs gantz, zumalen ungehært und unvernommen, willigen, und ſo gar die Rechtshængige Proceß in dergleichen Materiis caſſiren, und ſonderlich denſelben, wenn ſie ſich über die Billigkeit beſchwert zu ſeyn erachten ſollten, dazu kænnen dieſelbe in Erwegung der hiebey vorgefallenen hochwichtige Bedencken einmal nicht einheben, ſondern werden um der dabey ſich ereigneter Umſtænde willen, vielmehr gemüßiget, einen jeden bey dem, weſſen er berechtiget und wie es bis dato obſeruiret worden, in allewege verbleiben zu laſſen.* v. LVNIG *R. Archiv P. Gen. I. Theil p. 658.* Tantum ergo abeſt, vt *capitul. nouiſſ. art. XV.* ſtatuum prouincialium iura ſublata iudicanda ſint, & arbitrarium territoriorum regimen firmatum eſſe credamus, vt abuſus dumtaxat contra pacta reiectus fuerit: *daß die Landes-*

Stænde

Stænde die Diſpoſition über Landſteuer, deren Empfang, Ausgabe und Rechnungs-Receſſirung mit Ausſchlieſſung des Landes-Herren priuatiue vor und an ſich ziehen, oder in dergleichen und andern Sachen ohne der Landes-Fürſten Vorwiſſen und Bewilligung Conuenten anſtellen und halten, oder wider des jüngſten Reichs-Abſchieds ausdrückliche Verordnung, ſich des Beytrags &c. zur Ungebühr entſchlagen. Quae valori pactorum principis cum ciuibus ab *Anonymo Diſcurs von Land-Stænden*, & L. B. *de* SCHRÖDERN *Disquiſ. vom abſoluten Fürſten-Recht* obiiciuntur, iis a Viro patrii iuris ſtatusque intelligentiſſimo STRVBE *diſſ. de origine nobilitatis Germanicae & praecipuis quibusdam eius iuribus p. 59. ſqq.* & *in Anmerckungen ad Schrœdern Disquiſ. cit.* abunde ſatisfactum eſſe puto.

§. XIX.

Quum ergo ſuperioritatis territorialis exercitium luculentiſſime certis finibus circumſcriptum ſit, in oculos ſtatim incurrit, ius territoriale arbitrarium in Germania cum in ſacris, tum in profanis merum eſſe figmentum & monſtrum cerebrinum, ab iis in lucem protractum, qui ſua adulatione virtuti principum inſidiantur & nihil in ore habent, quam ſummum

mum

mum ius. Rectiora edocent ſcriptores iuris publici tantum non omnes, quando ſuperioritatem territorialem quidem definiunt per ſummam poteſtatem, aemulam maieſtatis, ſed ſtatim ſubiiciunt, niſi reſtrictio vel lege publica aut pactis cum ſubditis appareat. Immo vero, aliud genus limitum addi poſſet, pacta ſcilicet cum aliis ſtatibus: *ideo*, inquit HORNIVS *I. P. c. 58. §. 2. quoniam fieri poteſt, vt conſtatus vel alius per pacta aut praeſcriptionem ius aliquod in territorio habeat acquiſitum, quod plenitudinem ſuperioritatis quodammodo reſtringit.* Multa huc pertinentia attulit ENGELBRECHT *de ſeruitutibus iuris publici.*

§. XX.

Neque putes, monſtri vocabulum indignum eſſe iure territoriali arbitrario, quum potius id monſtroſum in ſummae poteſtatis materia appellari conſueuerit, quod limitatum eſt. Nam quaeſo, quam habes monſtri ideam? ni fallor, rem intelligimus a decenti partium inter ſe connexione, proportione & harmonia aberrantem. Solidiſſime oſtendit LA CROSA *Tr. du Beau* c. 4. ſocietatis pulcritudinem & perfectionem in eo conſiſtere, vt partes eius omnes ita ſint vnitae, iura & obligatio-

Digitized by Google

gationes ita temperata, vt exinde ſalus & finis ſocietatis obtinere queat. Reipublicae itaque ſtatus regularis & pulcritudo in eo conſiſtit, vt iura imperii & obſequii officia perfectam habeant inter ſe & cum fine ſecuritatis & ſalutis omnium harmoniam. Vide nunc, in quonam imperii genere, abſoluto vel temperato, vera reipublicae regularitas, vera pulcritudo reperiatur. *Un Monarque*, inquit LA CROSA l. c. p. 52. *qui eſt la terreur de ſa Cour auſſi bien que de ſes peuples, fait l' admiration de ceux, qui voudroient occuper ſa place & qui aimeroient a vivre, comme lui. Un coeur gaté & naturellement d' autrui, qui ſe croit d' autant plus libre, que les autres le ſont moins, & nourrit ſa felicité des reflexions, qu'il fait ſur la miſere des autres, trouve, qu'il eſt beau de les voir dans la ſervitude & dans la contrainte. Les hommages forcés lui plaiſent, parce qu'ils ſont ſouffrir ceux, qui les rendent. Mais pour penſer ainſi, il faut trouver de la beauté dans le renverſement, il en faut trouver a faire ſervir le pouvoir, qu'on a reçu dans la ſocieté, a empêcher les hommes d' arriver au but, en vüe duquel ils ſe ſont unis en ſocieté, & a les en éloigner de tout ſon posſible.* Peſſime agunt ſcriptores politici, qui ad vnam vel alteram formam reipublicae perfe-

G ctionem

Digitized by Google

ctionem regulamque ſocietatis ciuilis generatim ſpectatae componunt, quum potius ex pulcritudine ſocietatis in ſe conſideratae aeſtimanda ſit. Quo magis ius aliquod libertati hominum, ſaluti ciuium, fini reipublicae inimicum & periculoſum eſt, quo probabilius periculum imminet ex abuſu eius pertimeſcendum, eo magis abire videtur ab harmonia partium omnium reipublicae cum ſuo fine. Appoſite hanc in rem iudicat LA CROSA *l. c. p. 38. Quand ceux, qui ſe conſacrent à veiller ſur les autres & à les conduire, n'ont pour leur partage, que des fatigues continuelles & des recompenſes très minces, ou quand ceux, qui leur obéiſſent, n'obtiennent pour tout fruit de leur ſoumiſſion & de leur application à vivre dans la dependance, que de voir leurs ſuperieurs dans la ſplendeur & les plaiſirs, pendant que pour eux ils ne ſont, que ramper dans la baſſeſſe & les beſoins; l'unité disparoit, la proportion s'évanouit. Ce ſont là des Corps monſtrueux, dont la maſſe lourde & engraiſſée n'a, qu'une tête affoiblie, dechargée & ſans vigueur, ou dont la tête enorme en groſſeur & embonpoint, n'eſt ſoutenue, que par un ſquelette. Voilà ce qui arrive, quand les Maitres aveugles d'ambition, au lieu de faire de leurs ſujets ce, qu'ils doivent, ſe livrent à la fantaiſie deraiſonnable,*

Digitized by Google

nable, d'en faire ce qu'il leur plait. Sane ius territoriale arbitrarium in Germania, abrupta omni harmonia cum legibus imperii, cum pactis ſemel initis, cum ſalute ciuium, ſuccum quaſi omnem totius corporis ſibi attrahens membraque reliqua ſuo pondere premens, monſtroſum iure meritoque appellandum. Conf. SECKENDORFF *Fürſten-Staat* P. 2. c. 2. p. 59. Hinc etiam ſententia Badenſis §. 2. allata, quae ad ius arbitrarium prouocat, a corpore Euangelicorum litteris ad Caeſarem a. 1730. datis ob rem tam inſolentem dicitur: *ein erſtaunens-würdigſter Spruch*; &: *eine verwegene* ratio decidendi. *Staats-Kantzl. T. 57. p. 260.*

329

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google